



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

De sponsa fratris sui, si frater eam violauerit. xlix.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

cum gemitu deprecans, vt misericordiam suam, & adiutorium det gratiæ suæ, præbeatq; tibi dominus Christus, vt possis resistere malis cogitationibus. Nam & medici, qui corporibus hominū medicamenta conficiunt, & adhibēt, quanuis omnia cum summa diligentia faciant, veruntamen si ille qui infirmatur, nō se abtineat à noxiis cibis, vel de aliis quæ solent lædere infirmitates, nihil ei proficit cura, & diligentia, & sollicitudo medicorum. Similiter etiam, & in animæ languoribus eueniet: licet cum omni intēctione, & ex toto corde sancti patres, qui sunt medici spirituales, exorent misericordiam Christi domini saluatoris nostri pro eis, qui orationibus eorum se postulat adiuari, nisi & ipsi cū omni intentione mentis tam in orationibus, quam in omni opere spiritali, quæ Deo placita sunt, faciant, non eis proficient orationes eorum.

*De sponsa fratris, si frater eam violuerit. Cap. XLIX.*

*Ex cōcil. Triburi. cui inter- fuit rex Arnol- phus, ca. 10.* **Q**uidam desponsauit vxorem, & dotauit, cum ea con- re non potuit. Quam frater eius canculo corrupit, & grauidam reddidit. Decretum est, vt quanuis nupta esse non potuerit legitimo viro, despōsatam tamen fratri, frater habere nō possit. Sed mœchus, & mœcha, fornicationis quidam vindictam sustineant, licita verò eis coniugia non negentur.

*Si quis de vno in alium transmigrat episcopatum, & consanguineam suam polluerit, vel aliquod crimen capitale commiserit. Cap. L.*

*Ex eodē cap. 42.* **S**i quis de vno in alium omnino transmigrat episcopatum, & si, quod absit, contingat eum filiam sororis suæ, amita, aut matertera, auūculi, vel patruī polluere, aut aliquod crimen capitale committere, episcopus in cuius tūc dioecesi commoratur, & tali scelere criminatur, habeat ius & potestatem secundum canonicam auctoritatem, & nostram synodalem institutionem flagitiosum coercere, & ad pœnitendum emollire. Per quē enim melius rei veritas ventilatur, quàm per illum sub quo habitat, & habitare desiderat.

*De mulieribus, quæ absente marito conceperint, & fœtum sustulerint. Cap. LI.*

*Ex cōcil. Elberta. cap. 3.* **S**i qua mulier per adulterium absente marito conceperit, idque post facinus occiderit, placuit vix in fine dī-